

Co: 27
Museum:
1815 t



Benedicti Gosvili

1684

Hunc librum Musis
suis inservientem
iure possidet
Theodor Mahlmann

JO. HENR. BOECLERI

DE

SCRIPTORIBUS
GRÆCIS & LATINIS,

Ab Homero

Ad initium SAEC. Post CHR. NAT.

Decimi sexti

COMMENTATIO

Postuma.



ARGENTORATI,

Impens. J.F. SPOOR, & R. WÆCHTLER.

ANNO MDCCLXXIV.

21. 10

JOHN DODD

BY

SCOTTISH

GRANTS & PATENTS

OF

THE

SCOTLAND

FOR

THE



AND

PRINTED BY J. B. ROSS & W. SCHUBERT

GLASGOW



Nobilissimo & Excellentissimo

V I R O

DN. SAMUELI
SCHALLESIO,

In Academ. Argentor.

Eloq. Prof. Publ.

ADFINI & COLLEGÆ
SUO

ULRICVS OBRECHTVS

S. P. D.

FAcile & libenter ignosces
verecundiæ nostræ, *Affinis*
Nobilissime, quod cum edi-
tio hujus libelli excusanda publi-
ce foret, Tuum ad eam rem sive
testimonium appellandum, sive

)?(2

aduo-

PRAEFATIO.

advocandum iudicium existima-
vi: ut, cujus in temporibus meis
maxime necessariis præclarissimã
voluntatem expertus sæpe fui-
sem, ejus auctoritate, in loco tam
opportuno, non negligerem per-
frui. nam nec metuendum fue-
rit, ut quæ Tuis auspiciis emit-
tuntur Bœclerianarum reliquia-
rum fragmenta, in vitis Beati
Auctoris Manibus protrudi quis-
quam suspicetur: nisi si quis forte
ignoret, ignorabunt autem in
tanta luce necessitudinis & ami-
citæ Vestræ paucissimi, quanta
inter Vos, quamque perpetua in-
de à prima juventute intercesse-
rit animorum studiorumque
consensio: & ad conscientiam
Tuam subinde provocanti, de
judi-

PRAEFATIO.

judicio assensuque bonorum, se-
curo esse licebit; dummodo mei
apud Te mihi consilii ratio con-
stet. Ad quod eò minori nego-
tio me perventurum esse confi-
do, quanto Tibi uni ex omni-
bus, familiarius interiusque per-
spectum est, quibus omnino fa-
tis prohibeamur, intra domesti-
cos parietes continere, quæ, si
sine detrimento, attamen vix
citra periculum, existimationis
ab amantissimo Socero tot vigi-
liis laboribusque collectæ publi-
cantur. Postquam enim desi-
erunt privati juris esse, quæ per
amicorum manus, in plurium ar-
bitrium sunt delata, editionem
illorum, aliis suo quodam jure
modeste flagitantibus, aliis con-

PRAEFATIO.

tra jus & fas omne inverecunde
minantibus; ita illorum æqui-
oribus desideriis est obsecundan-
dum, ut multò inevitabilior ne-
cessitas imperet horum iniquissi-
mam cupiditatem interverti.
quippe adeò pertinax plerorum-
que impudentia est, ut nisi ma-
ture præveniantur, transigi cum
illis alia ratione non possit. Quo-
rum tamen importunitas tanto
minus huius quoque *Commen-
tationis* vel Auctori, vel Editori
fraudi erit, quanto plus ad insti-
tutum ejus usumque arbitran-
dum æquitatis & humanitatis
quisque est allaturus. Quan-
quam quod ad Authoris quidem
propositum attinet, unius no-
minis autoritate apud corda-
tos

PRAEFATIO.

tos judices defendi pariter absol-
vique consentaneum fit, quæ in
unius gratiam suscepta, unius
usibus destinata, ad unius deni-
que genium captumque penitus
elaborata scriptio est. ILLU-
STRISSIMUM BARONEM
BOINEBURGIUM à me si-
gnari, Tu quidem, *Affinis ho-*
noratissime, facile intelligis: qui
cum maximo semper & incredi-
bili quodam fervore ingentem
Heroici animi facultatem, ad
amplificanda, quibus modis pos-
set, solidioris doctrinæ præsidia
intendisset: postquam ad studi-
um demerendi juvandique uni-
versi humani generis, interior
quædam & accuratior cura *Ge-*
nerosissimi Pignoris, grandibus

)?(4

jam

PRAEFATIO.

jam tum excelsæ indolis documentis in paternarum laudum æmulationem efflorescentis, accessit; uti spes seculi, paternâ sollicitudine pridem æquaverat, ita mox vota publica incomparabili provisu antevertit. Conquisitis per omnem Europam eruditissimorum Virorum consiliis, eam in FILIO, sui imaginem efformaturus, quæ apprimè in se collectam avitæ stirpis virtutem exhiberet orbi, & posteris gloriam repræsentaret. Quo loco *Bæclerum* nostrum in hoc ordine censuerit BOINEBURGIUS, quanquam referri coram Te, & omnino in publico recenseri superfluum sit, postquam immortalibus passus est monumentis

PRAEFATIO.

mentis præclarissimæ erga illum
voluntatis suæ propensionem
perenni temporum memoriæ
consecrari: Adscribam tamen
verba literarum, quibus tota &
obsequii potentibus mandatis
præstiti, & hujus unà consigna-
tionis ratio continetur. *A. D.*
Kalend. Septembr. cl̄o l̄oc̄ LXX.
de valetudine sua, & rebus ad
præstandum tenerrimi affectus
indiciū pertinentibus facunde
præfatus BOINEBURGIUS,
Polybiana tua, subdit, a vide op-
periar: quibus opto prosperum suc-
cessum. Ausum verò summe abs
te contendere, & etiam atque
etiam petere, ut in favorem Filii,
conscribas, saltem intra privatos
forulos asservandum, libellum,
)?(s de

PRAEFATIO.

de Graecis Latinisque Scriptoribus,
eorundemque potioribus scriptis,
quae extant : non orsus certe à
Moise, sed à Platone, Aristo-
tele, Xenophonte, &c. stilumque
porrigens usque ad seculum Chri-
stianum quintum sextumve, vel
quod malim, ad tempora renatae
in Occidente utriusque literatu-
rae. Reliqua deinceps nomine te-
nus adijci poterunt. Hic non o-
pus multà criticà, sed unicà indi-
cinà, ubi talia jam tum tracten-
tur. Bellarminus, Gerhardus,
Vossius, Labbius, Possevinus, Go-
thofredus, Lindius, Lambecius,
Hottingerus, Milæus, Allatius,
Halloisius, Miræus, Suverti-
us &c. quae exhibent, repeti, nec
usui est, neque necesse. Præci-
pua

PRAEFATIO.

puā Authorem opera, lectu omni
etati proficua, percensenda erunt,
quo filius, eique similes noscant,
per quos proficere liceat. Hæc u-
niuersa chronologico filo concin-
nanda, & dictione utendum fa-
cili & latinâ. Si hoc opusculum,
quale tibi molestum fore eruditio-
nis tuæ promptitudo me credere
vetat, confeceris mihi que huc mi-
seris, rem mihi scias præstari o-
mnium longe gratissimam. Li-
berum erit tibi tamen, id edere,
quandocunque & quo voles mo-
do. non incubabo solus huic the-
sauro. Bibliaca & cætera Ori-
entalia, aliunde petere decebit.
nisi quod Novi Testamenti libros
pariter enumerari cupiam, quum
& Doctores Ecclesiæ utriusq; lin-
guæ

PRÆFATIO.

quæ huc accenseri debere, mihi pro certo sumam. Satisfecit huic petitioni Noster, ea promptissimi obsequii exactitudine, qua Patroni desiderium, quæ una illi votorum & conatum summa erat, abunde implevit: parum utique sua interesse existimans, an ultra, suscepti laboris gratia pateret. quæ si apud plures illi, ut nunc fert seculum, peritura est; nullo equidem illius merito id fiet, cujus curæ intentiori & in aliis rebus satis probatæ diligentia, properabundi, ac si quæ hic agnoscenda culpa est, obsequiosi nimium calami festinatio, foetum immaturum subduxit. Quanquam ego quidem animum meum inducere nunquam potui,

PRÆFATIO.

potui, ut indignum nomine studiisq; magnorū virorum arbitrarer, unde publica discentium utilitas queat augeri. quæ in isto utiq; commentandi genere, ne-
tquam vel tam exigua est; ut commendari, vel tam obscura, ut doceri, vel tam incerta denique, ut demonstrari evidentius debeat. Nam ne illud hic repetam, quod communi inter eruditos consensu traditum est: Primam eruditionis partem esse, doctrinæ solidioris instrumenta novisse: hæc ipsa commemoratio virorum variis sapientiæ & doctrinæ laudibus ex omni ævo illustrium, quantam conciliat literarum studiis, ex Auctorum dignatione majestatem? qui cum
fint

PRAEFATIO.

sint auctoritate praecipui, usu peritissimi, scientia copiosissimi, atq; qui fructus omnis praestantiae ac fides allegari potest, rerum domi forisque gestarum gloria nobilissimi, non possunt quas commendant traduntque artes cuiquam displicere, nisi qui eadem opera cum dictamine sanæ rationis, cordati orbis iudicium aspernatur. Quid? cum usus, quem in omni vitæ actusque civilis regimine, pro diverso gravissimorum operum instituto quisq; pollicetur vel praestat, brevi quidem, sed tanto certiori indicio velut exerto digito monstratur: adeoque quod in universa literarum tractatione, vitatu difficillimum pariter & maxime necessarium est,

PRAEFATIO.

est, fluctuatio studijs, incertitudo propositis, error disciplinæ detrahitur. Neque verò metuendum est, ut præsentissimos fructus, simplicitas incuriosa dictionis aut ordinis intervertat: dummodo fides monitori nostro & cum interiore operum viro- rumque notitia, idonea judican- di peritia & rebus hominibusq; discernendis exercita facultas, conjuncta supersit. quarum al- terâ ut consulere profectibus di- scientium seriò velit, efficietur, alterâ ut possit. Quantum utra- que *Scriptor* hujus *Commentati- onis* præstiterit, alii sincerius ar- bitrabuntur. Nam nobis qui- dem admirari domesticas laudes venerarique suffecerit: quas ex- tero-

PRÆFATIO.

terorum incorruptior, & invidia
juxta atque affectuum exors præ-
dicatio, uti judicio integriore, ita
gloriosiori elogio inseret æterni-
tati. Scrib. Argentorati. d. xxvii.
mens. Martij clc lcc LXXIV.

JO.

JO. HENRICI BOECLERI

DE

SCRIPTORIBVS

GRÆCIS ET LATINIS

AB HOMERO

AD SECVLVM

POST CHRISTVM NATVM

DECIMUM SEXTVM

COMMENTATIO.

Ab HOMERO & HESIODO
 incipiendum est. Quorum
 de temporibus jam antiqui-
 tus est non vno modo dubi-
 tatum: dum alii hunc ante illum po-
 nunt; alii vetustiores Homerum fa-
 ciunt; nonnulli æquales statuunt, &
 vtrumque à Trojano bello vel propi-
 us vel longius abesse contendunt. Si
 Homerus, vt multi crediderunt, cen-
 tum & sexaginta ferè annis à tempo-
 ribus belli, quod composuit, Troici
 abfuit; floruerit anno mundi 2958.
 ante æram Christianam 1026. Periodi

A

Julianæ

2 JO. HENRICI BOECLERI
Julianæ 3688. ex chronologia *Petavij.*
à quo non parum discrepat *Canon*
Chronicus, Seldeni.

In laudando HOMERO omnium sæculorum ingenia certauerunt. Et sane *Ilias* ejus, & *Odyſſea*, ſive diſpoſitionem & *οἰκονομίαν*, admirabili ſollertiâ excogitatam, ſive mores & omnem philoſophiam carminis, ſive artem poëticam & eloquentiæ cultum ſpectes, ita præcellunt, vt nec comparari, nec præferri vlla poëſis poſſit. Ad artis quidem & inuenti ſingularis guſtum capiendum, omni illâ diſciplinâ opus eſt, quam *Dionyſius Halicarnanſſenſis*, *Dionyſius Longinus*, *Cicero*, *Quintilianus*, in oratoriis ſcriptis; *Julius Ceſar Scaliger* in toto Poëtices opere, ad commendandum Maronem ſæpius, quàm Homerum, ſubtili explicatione adhibuiſſe putantur. Quantum autem ſcientiæ & prudentiæ ad negotia pacis bellique tractanda, inſit, *Plutarchus* & *Dio Chryſoſtomus* ex profeſſo, & per occaſionem *Polybius*, *Strabo*, aliique declarârunt.

Vtrum-

Vtrumq; vastis & eruditis commen-
 tariis græcis *Eustathius Episcopus Thes-*
salonicensis ostendere solet. Extant &
 Græci veteris *Scholiastæ Didymi* (siue
 alius is est) breues notæ : vt & in Bi-
 bliothecis, ineditæ nonnullæ. In *Spon-*
dani Latinis Notis quid desiderari de-
 beat, eruditus notum est. Ex *Homero*,
 tanquam fonte, omnium *Poëtarum*,
Philosophorumque veterum dimanasse
 flumina, vario imitandi genere, di-
 versissimaque etiam scribendi & disse-
 rendi ratione, nemo ignorat. Quo
 tempore Romani erant eruditissimi,
 singuli versus tanti Poëtæ pro consi-
 liis, responsis, ratis sententiis, graui-
 ter apteque dictis, audiri publicis pri-
 vatisque in negotiis solebant. Post-
 quam Græcæ literæ ad paucissimo-
 rum studia cœperunt pertinere, etiam
 antiqua mysteria sapientiæ in solidū
 ignorantur: Homerique fama, non
 æquè notitia manet. Indubia sunt
 ejus opera, *Ilias*, & *Odyssæa*. Tribu-
 untur ipsi & alia, *Batrachomyomachia*,
 quam *Daniel Heinsius* eleganter La-

4 JO. HENRICI BOECLERI
tinè interpretatus est; *Hymni, Epi-
grammata.* de quibus jam olim dubi-
tatum est. Nouam editionem cum
Scholiis hactenus ineditis à doctissi-
mo *Grævio* expectamus.

HESIODVS, reuera etiam in car-
mine suo, ab Homericis scribendi ra-
tionibus multum diuerso, princeps &
auctor exempli vix imitabilis haberi
debet. Sed facilius Homerum, quàm
Hesiodum intelligas. Homero nus-
quam propior est, quàm in *Scuto Her-
culis*: egregio politices militaris mo-
numento. Quanquam *Hesiodo* tri-
bui hoc carmen, non sinunt eruditi.
Opera & Dies (si modo tam bene Lati-
nè sonant, quàm in Græco indice,
ἔργα ἢ ἡμέραι) obscurauit arcana, & vix
hodie satis euoluta doctrina, de vitæ
humanæ ætatibus, ætatum periodis,
periodorum contextu & serie, causa-
rum fabulari inuolucro implicita-
rum ordine, in quo explicando vix
est, vt hodie etiam eruditissimi con-
sentiant. *Theogonia*, pars est huius
philosophiæ, quæ, nisi, detracto fabu-
larum

DE SCRIPTOR. SEC. A.C. XI. 5

larum tegmine, ad humanarum actionum, & vtriusque fortunæ consecutionem referatur, mutila erit Hesiodi carminis *διδασκαλία*, minusque erudiet ac mouebit lectorem. Existimatque *Josephus Scaliger*, in enarrando operum Hesiodi argumento, *Manilium* haud parum aberrasse. Est autem nobilissima hæc *Oeconomices* disciplina, tum de acquirendis, tum de conseruandis, quibus viuitur, & bene viuitur, in Agricultura & Navigatione: substructis ad robur, & decus operis sustinendum Ethicis & Politicis præceptis, de iustitiæ studio, sine quo nec priuata nec publica vita, sine suo potiri potest; de bonis fortunæ, de industriæ rationibus feliciter aut infeliciter subductis; quæque alia eodem pertinent. In *dierum distinctione*, & *observatione* superstitiosa quædam miscentur: qualia nec hodie vulgo hominum eximuntur. In *editis* exemplaribus ad splendorem Bibliothecarum pertinent *Henrici Stephani* Poëtæ Græci *Homerus*, *Hesiodus*, & alii, auspiciis *Huldrici Fuggeri*, forma amplif-

6 JO. HENRICI BOECLERI
amplissima, typis nitidissimis impres-
si 1566. Cum Scholiis Græcis edidit
Hesiodum Venetiis, Joannes Francisc.
Trincauellus 1537. cum versione Latina
carminis, Scholiis Græcis, eruditissimâ
ἑισαγωγή, & præstantibus Notis, Daniel
Heinsius 1603. Et nuper Doctissimus
Grævius, diligenter recensitum, ex-
quisito *Lectioinum Hesiodicarum, & va-
riarum Notarum* libello auxit.

Sæculo ante Christum natum
Quinto

HIPPOCRATES Cous, dialecto Jo-
nicâ, scripsit libros de re medicâ præ-
stantissimos: tantamq; doctrinæ au-
toritatem nactus est, ut princeps in
eo genere ab omnibus in hunc usque
diem celebretur. Opera eius, parti-
tim valde in latinum sermonem con-
uersa, & animaduersionibus illustrata,
nec fortasse tamen satis exhausta sunt.
Quædam & falsò ei tribuuntur. Con-
junctim edita sunt, & alias Græcè tan-
tum, vel Latinè tantum, & commo-
dius *Græcè & Latinè Venetiis 1588. cum*
Notis Hieronymi Mercurialis. Repro-
ducta, Geneva. In

In idem sæculum congruit PINDARVS *Thebanus*, Poëta Lyricus: cuius de multis operibus non supersunt, nisi *Ode aliquot Olympicorum, Pythiorum, Nemeorum, Isthmiorum*. Majestatis & sublimitatis stili, omnes numeros implevit: argumento spectaculorum sacrorum, Theologiam gentilem & politicen mirâ gravitate ita intexuit, vt ad virtutem & gloriam Reipublicæ debitam, animos vndique inflammaret. Qui vult legere, præmittat iudicium *Horatij libr. IV. carm. Od. 2.* & *Danielis Heinsii orationem, enarrationi tanti Poetæ præmissam*. Editiones multæ, sine *Scholiis Græcis & cum his Basileæ*, & alibi prodierunt: Scholia etiam seorsum vulgata sunt. Pauca sunt in iis, quæ spiritum & genium Pindaricum decere videntur. *Erasmus Schmi-dius* anno huius sæculi XVI. Wittebergæ diligentissime recensuit, cumque suis curis, quæ omnium iudicio probantur, emisit.

Ante Pindarum plerumque ponitur, sed ita, ut æqualis eius tempo-

§ JO. HENRICI BOECLERI
ris haberi debeat, ÆSCHYLVS Poëta
Tragicus. Cui mox jungemus *Sopho-*
clum & Euripidem, eiusdem generis &
sæculi Poëtas, vt triga perficiatur, sanè
quàm præclarissima. Ad hos Poëtas
legendos nemo feliciter accesserit, ni-
si de instituto eorum, & arte bene e-
doctus. Cujus disciplinæ pleraque
traduntur in fragmento aurei libelli,
Aristotelis Poëtices; & *Dan. Heinsii* o-
pusculo *de Constitutione Tragædiae*.
Atque hi Poëtæ Tragicæ, ingenia &
mores Principum virorum, vitia &
fata aularum, luctantes cum affectu-
um vehementiâ rationis dictatus, vl-
tricem facinorum atrocium prou-
dentiam, graphicè ob oculos ponere
student. Et quia magnis sceleribus
jura naturæ intereunt, ordinaria qua si
philosophiâ, ex omni occasione, juris
naturalis vis & sanctitas explicatur ac
demonstratur. Sophismata etiam, &
vani colores, in hunc locum frequen-
ter inferuntur. Multum ergò iuuare
hæc dramatica Poësis existimatur, e-
mendationem morum, omnemque
disci-

disciplinam ciuilem: ita ut Poëtae in-
stituto conueniant, quæ *Horatius*,
choro in tragœdia, tribuit:

Ille bonis faueatque, & consilietur a-
miciis,

Et regat iratos, & amet peccare ti-
mentes;

Ille dapes laudet mensa brevis: ille
salubrem

Justitiam, legesque, & apertis otta
portis;

Ille tegat commissa, Deosque precetur
& oret

Ut redeat miseris, abeat fortuna su-
perbis.

Sed ad *AEschylum* redimus: De ^{*Instit. ora-*}
quo *Fabius Quintilianus*: ^{*tor lib. 10.*}
Tragœdias ^{*c. 1.*}
primus in lucem AEschylus protulit, sub-
limis & gravis, & grandiloquus saepe us-
que ad vitium: sed rudis in plerisque &
incompositus. Nihil enim simul in-
choatur & perficitur. Unde Petrus
Victorius, cum sententiarum gravita-
tem, & elegantiam sermonis ipsi tribuif-
set, Fabium liberalius explicat. Ma- ^{*in profan.*}
gnis, inquit, ille crebrisque testimoniis

A S gra

*grauissimorum & Græcorum & Latino-
rum Scriptorum celebratus est: & non
ut Poëta solum, sed etiam ut Philosophus,
ac scientia reconditarum artium orna-
tus. Nam quantopere etiam studium su-
um adjuerit, & quantum dignitatis ei
apportarit, quod prius rudè admodum
atque inchoatum ferebatur: (quamvis
summum ipsius attingere non potuerit:)
ab utriusque linguæ magnis auctoribus
memoria mandatum est. Extant Græca
in eum Scholia, quorum præstantiam
inde colligas licet, quod Eustathius
Homeri interpres sæpe illa laudat, exi-
stimatq; Petrus Victorius, his Scholiis,
inter ea, quæ Tragicorum trigæ ac-
cesserunt, merito primas deferri oportere.
Sunt & alia inedita Scholia, præ-
sertim in *Promethea* vinctum, quæ ex
Italia transmissa, in Bibliotheca Sere-
nissimæ Reginae Christianæ vidi. Im-
pressit Henricus Stephanus Græcè ann.
1557. ante annos paucos, Londini in
Anglia, formâ majore, Græco. latina
editio, cum Scholiis & Notis prodiit.*

SOPHOCLES jam perfectior est:
 cuius

cuius *cothurnus*, *grauitas*, & *sonus* plerisque admirationi fuit. In hunc quoque extant Græca Scholia: Romæ primum separatim edita. nam postea crevere adjectu aliorum non æquè præstantium. Præclare de hoc Poëta meritus est *Guilielmus Canterus*, cuius Editio Græcolatina diu occupauit manus studiosorum hominum. Cum omnibus Græcis scholiis, & Latina Viti *Winsemij* ad verbum interpretatione, Notisque *Joachimi Camerarij* & *Henrici Stephani* excudit *Paulus Stephanus* 1603. Quæ editio omnibus aliis præstat.

Sophoclem EURIPIDI non hæsitanter præferunt, qui magnitudinem & sublimitatem Tragoediæ tantum spectant. Qui ad omnes eloquentiæ, philosophiæ, poëseos dotes animum advertunt; nullum laudis genus abesse judicant. Et, si quid infra cothurni pompam videtur, quin probabili ratione excusari queat, haud longa dubitatio est. Euripidem hunc cum *Græcis Scholiis*, non in omnes, sed in septem

septem tragœdias, *Latinâ versione*, & *variis annotationibus* publicavit ibidem *Paulus Stephanus anno 1602.* Ne de cæteris editionibus dicatur. In Scholiis Græcis, vt non vnus auctor, ita non omnia valde accurata sunt.

In idem sæculum congruunt HERODOTVS & THUCYDIDES. Hos enim Veteres conjungere solent plerumque: tanquam parem celebritatem, & in diuerso scribendi genere, parem famam adeptos: ita, vt in eloquentiâ quidem, *Herodotus*, Ionicæ dialecti norma, in placido & suavi stilo; *Thucydides*, Atticæ facundiæ, in seuera & graui dictione, exemplum existimetur. Herodoti libros commune Græciæ totius suffragium, *Musarum* nominibus honorauit, opusq; & argumento & tractatu incomparabile censuit: Thucydidis adolescentiæ gloria Herodoti stimulos tam acres admouit, vt nobile & ipse argumentum, licet angustius patens, de rebus quibus interfuit, aut præfuit, sui denique temporis, elaboratissimâ scripturâ

*Phar. Bibli-
oth. cod. 60.*

scripturâ componeret, proximusque Herodoto Historiæ condendæ auctor haberi mereretur.

Qui HERODOTVM fabulas historiæ inseruisse tradunt, vt more poëtico gratiam operi suo conciliaret, nec æquitatem, nec prudentiam in iudicando sequuntur. In rebus antiquissimis, aliqua, vt acceperat ab iis, quorum testimonio auctoritas inerat, non ommittenda iudicauit, neque tamen vana sunt somnia, quæ vulgo pro fabulis traducuntur. Ita, esse apud Indos formicas, vulpibus maiores, canum *lib. 3. c. 102.* magnitudine, cum ait, falsum dici existimant aliqui. Sed *Epist. 4.* Busbequius inter munera superiore sæculo Turcarum tyranno à Persarum rege transmissa, memorat, *p. 724.* *formicam Indicam, mediocris canis magnitudine, mordacem admodum & sevam.* Et hoc Thuanus quoque repetit *lib. 24.* Cuius generis multa falso vanitatis suspecta insunt. Quâ in rem extat *Apologia festiua Henrici Stephani.* Legendus est omnino Herodotus, nisi quis malit antiquiora pleraque

raque ignorare, aut undecunq; emendicare. *Vita Homeri* vulgo operibus eius adjungitur, inuitis eruditis, qui alium auctorem facile deprehendunt. Post *Stephanicas* Editiones, *Aubrij Græcè & Latine* anno 1608. Francofurti publicarunt.

*In operib.
rhet.*

THUCYDIDEM censura morosiore taxauit *Dionys. Halicarnassensis*; ostentatione artis rhetoricæ, vt puto. Quis enim non videat, frustra & sine causa dici, quæ de argumenti delectu afferuntur? frequentia orationum eo minus accusari potest, quo magis illæ ad explicationem historię ipsius accommodatæ sunt. Laudandus est ergo *Georgius Acacius Enenckel*, *L. Baro Hoheneccius*, qui non tantum versione Latina eleganti, & ad formam *Liuiani* stili effectâ hunc Scriptorem adornavit: Sed in notis quoq; eruditis à grauiore censurâ plerumque defendit. Græce cum Scholiis antiquis non indoctis editus est *Thucydides* Basileæ 1540. præfante *Joach. Camerario*. Cum Latina *Vallæ* versione à se emendatâ, sed

*Tubinga
impress.
1596.*

sed Græco textui postposita, *Henricus Stephanus* anno 1564. vulgavit. Sed hanc editionem, multum superavit posterior editio Stephanica, in qua, fissa paginæ facie, Latina Græcis è regione respondent, Scholiis Græcis in extrema pagina comparentibus. Thucydidis historia refert Imperii nostri Romano-Germanici statum; si partes potiores, in quas dividimur; partium studia & consilia, & hinc emergentia, penitus ad invicem contendamus. Quare lectio eius nostris hominibus imprimis commendanda erat. Reperiet, verum me dixisse, qui in Patria non peregrinatur.

ARISTOPHANIS *Comici*, supersunt de pluribus *undecim Comædiæ*. Atticæ eloquentiæ nobile exemplum celebratur. Quare magistri Græcæ linguæ ejus auctoritate frequenter utuntur. Qui legere volent, de instituto Comicæ poëseos, omnique philosophandi genere his Poëtis usitato, comparatam debent habere notitiam. *Joannes Chrysostomus* ex diligentissima

tissima Aristophanis lectione, non parum facundia, & in corripendis vitiis, muliercularum praesertim, disciplinae hausit. Hunc primus ex officina Aldi edidit Marcus Musurus Cretensis; deinde *Florentini* auctiora *Scholia Graeca* antiqua, in novem Comoedias adjecerunt. Quibus distractis exemplaribus, ex officina Frobeniana Basileae 1547. Sigismundi Gelenii opera prodiit Graece cum Scholiis. Graece & Latine poetam edidit *Nicodem. Frischlinus* 1597. Anno 1607. Genevae Graece & Latine impressus est, cum antiquis & novis scholiis.

Saeculo ante natum Christum
Quarto

Occurrit PLATO, Philosophorum Princeps. Cuius quae extant opera prodierunt ex *Aldina* editione *Graeca Venetis* 1513. Eadem, Graece, cum *commentariis Graecis Procli in Timaeum, & Politica*, Basileae 1534. Graece & Latine ex interpretatione *Serrarij*, cum eiusdem & *Henrici Stephani notis*, Parisiis 1578: *tribus tomis*. Et, quae emendatissima putatur

putatur editio Græco-latina, ex interpretatione Marsilij Ficini, cum eiusdem comment. Lugduni 1590. Dicendi copiâ & grauitate, nemo illi ex Philosophis omnibus comparari potest: sed huius laudis gustum non capiunt, qui versiones tantum latinas consuetari coguntur. In moribus & doctrinâ ciuili nihil non vidit, & tractando illustrauit. Etiam in naturæ obscuritate explicanda accuratus est: Dialectices, rhetorices, aliarumque disciplinarum, non expers. Quædam & falso eius operibus annumerantur. Ideas bonorum disputatione à vulgi captu remotiore profecutus, obtractatoribus occasionem cauillandi patefecit. De communionem bonorum, vxorum & liberorum Aristoteles præsertim sententiam ipsi tribuit peruersam: cui magis quàm oportebat credidisse Sancti Patres videntur. Qui studiosius legerunt, negant ista, & hoc sensisse Platonem autumant: tum beatam fore ciuitatem, si ciuium quisque non se tantum & sua spectet

B

curetq;

38 JO. HENRICI BOECLERI
curetque, sed & aliorum civium res,
æquè ac suas salvas cupiat. Quæ men-
sura caritatis optima, & diuinis quoq;
oraculis demonstrata est. Commu-
nes e. g. voluit esse vxores, non con-
fusione libidinis, sed communionem
caritatis. Quis enim sanctius con-
stitui haberique matrimonia docet,
quàm ipse Plato *libro IV. de Legibus?*
In hoc enim opere (de Legibus) serio,
& vt euenire potest soletque, rempu-
blicam ordinat. In *libris* autem de
Republica, quærendo & dubitando,
non præcipiendo, etiam ea tangit,
quæ nec possunt nec debent evenire
aut admitti. Sed huic disputationi
locus præciditur. Inter *Theologos*, ma-
gnam nactus est laudatorem, *Augusti-
num*. Juris naturalis fontes, regulas,
explicationes, nemo vberius tradidit.
Sed, qui in rem præsentem deduceret
& ad vsum transferret hanc Sapien-
tiæ partem, ex omnibus Platonis ope-
ribus, nondum repertus est. Nec est de
nihilo querela de Platonis Philoso-
phis & interpretibus, illum locum ita
tra-

tractantibus, vt Platonem non pati-
antur in luce ciuiliū rerum specta-
ri; sed per transfennam, & obducta
umbra fere ostendant. Placuit illi
scribere dialogos: quem morem et-
iam *Cicero* imitatus est in plerisque o-
peribus philosophicis & valde pro-
bavit.

Platonis æqualis & æmulus fuit
XENOPHON magnus Philosophus,
nec minor Historicus; tum Impera-
tor tam præclarus, vt *μύριοι* illi sive de-
cem millia militum bonorum, qui-
bus præfuit, adhuc hodie etiam pro-
verbialibus elogiis testimonium ei
perhibeant perfectæ *εὐαγγελίας*. Elo-
quentia suauissima vel Apem Atti-
cam, vel Musam Atticam indicat.
Non rectè, vt opinor, humilem siue
tenuem stilum ei tribuunt. Humilis
enim dicendi character cotidianâ lo-
quendi consuetudine, vltra quam
non ascendit, æstimari debet. Talis
vt esset oratio eius, nec argumenti di-
gnitas patiebatur. At qui venusta-
tem, humilitate & tenuitate stili supe-

B 2 riorem

riorem non animadvertunt, illi profecto, ex causa nescio qua coecutiunt. Accidit hinc fere, quod circa Julium Cæsarem, in Latinis, cui qui tenuitatem stili attribuunt, illi plus volunt sapere, quàm Cicero, omnium optimus iudex, qui longe aliter statuit. Melius sentiunt, qui *Thucydidem* gravitatis & sublimitatis specimen laudant; facilitatis & dulcedinis palmam *Xenophonti* assignant: *Herodotum* ut medio loco inter utrumq; collocant: sequestratâ omni humilitatis conditione, alio quodam diuersa comparandi genere. Singula Xenophontis opera, iudicium peculiare postulant. Sed instituti modum ea res egreditur. Diuinum opus est, *de institutione Cyri*. At à veritate abludivit, inquiunt Veteres. non tantopere forsitan, quanto pere aliqui existimant. Ecce, duo sunt, quæ ad perfectius exemplum tendere videntur, quàm res humanæ putantur capere: Disciplina aulæ Persicæ; & militiæ Persicæ. At illam confirmant cæteri quoq; Scriptores: quibus

quibus credidit, & ab iis tradita nobili opere de *Regio Persarum Principatu* excoluit *Brissonus*. quæ commentatio ante Xenophontem lecta, huius quoque lectionem jucundiolem faciet atq; vtiliorem. Militiæ artificem fuisse *Cyrum*, id quoque certum, magnisq; successibus affirmatum est. Neque ea referuntur, quæ fieri nequeunt. Fuitque illud tempus, quo fortuna Persarum paupertate magistra, & boni moris studio, ab inferiore conditione ad majora profecit. Sed hæc ab instituto longius recedunt. De operibus Xenophontis, multa sunt seorsum edita. Omnia conjunctim editit *Henr. Stephanus* 1561. & emendatius 1581. Latina interpretatione in finem rejectâ. Sed Græcis Latina respondent in editione Francofurtensi, & alterâ *Parisiensi* splendidissima. Luculente ostendit vtilitatem ex lectione *Xenophontis* petendam *Dio Pruseus Chrysostronus* oratione XVIII.

Xenophontis temporibus vixit

B 3

CTE.

CTESIAS *Cnidius*. Cuius de *Persicis* & *Indicis* excerpta nobis conseruauit *Photius Cod. LXII*. Quæ etiam *Herodoti* editionibus solent adjungi. Dissonat *Herodoto* & *Xenophonti*, eoq; suspectus est *viris eruditis*. Si opera eius extarent integra, accuratius posset iudicari. Magni scriptores, *Diodorus Siculus*, & *Trogus Pompeius* haud parum ei tribuerunt.

In hæc tempora etiam referunt *PALÆPHATVM*, *Pariū*: cuius de opere *ἡ τῶν ἀπίστων ἱστοριῶν*, de *incredibilibus historiis*, exiguum superest fragmentum, dissentiente & incertæ ætatis putante *Gerardo Jo. Vossio*. Elegantissimus est libellus, & ab omnibus legendus, vt videant, quomodo *Historiæ ingenio Poëtarum* in fabulas migrauerint, & ex fabulis ad veritatem reuocari debeant. Prodiit *Basilea*, interprete *Philippo Phasianino* 1570. cum *Hygino*, aliisque 1578. *Parisiis*: An. 1650. à *Cornelio Tollio*: Anno 1663. à *Martino Brunno*, *Græc. Lit. Professore Upsaliensi*.

De Historiæ
Græc.
lib. 3.

Nunc

Nunc Græci DECEM ORATIONES nos vocant, quos Plutarchus descripsit, his nominibus: *Antiphon, Andocides, Lysias, Isocrates, Isæus, Aeschines, Lycurgus, Demosthenes, Hyperides, Dinarchus.* Quorundam ex his quæ supersunt, edita conjunctim fuerunt *Parisiis 1575. Anno 1619. Aubrij & Schleichius typis Wechelianis Græcè & Latine Hanovia ediderunt, ANTI-PHONTIS, ANDOCIDIS & ISÆI, 30. orationes, interprete Alphonso Minto.* Accesserunt illi operi orationes quædam *Dinarchi, Lycurgi, Lesbonactis, Herodis, Demadis,* curante *Jano Grutero.*

ANTIPHONTIS xvi. orationes, omnes forenses sunt, in accusando & defendendo occupatæ; multumque ad *Juris Attici, & judiciorum Reip. Atheniensis,* illustrationem faciunt.

ANDOCIDIS, de quatuor, priores *due orationes* sunt apologeticæ, quibus se defendit, multaque de perturbatione illorum temporum, histo-

riæ integrandæ habet. *Tertiâ* suadet Atheniensibus, pacem cum Lacedæmoniis esse faciendam: *Quartâ* Alcibiadem accusat.

ISÆI supersunt X. orationes forenses, omnes *de hereditate cernenda* agentes, nobilibusque controversiarum exemplis instructæ. De eloquentia eius diffusum extat *Dionysii Halicarnassensis iudicium*.

DINARCHI de LX. tres tantum habemus reliquas orationes, quibus accusat Demosthenem, Aristogitonem, Philodem. Iudicium de eo itidem extat *Dionysii Halicarnassensis*.

LYCVRGI, vnica superest actio proditionis aduersus Leocratem.

LYSIÆ de trecentis, supersunt XXXIV. omnes forenses, exceptâ *oratione funebri*, & fragmento suasoriæ, *de statu Reipublicæ retinendo*. Longum & multa *ὑπίσται* refertum extat de eo *Dionysii Halicarnassensis testimonium*:

um: quod legisse, ad multa utile erit.
Optima editio est *Jodoci Vanderheidij*
Hanoviae Typis Wechelianis 1615. Græc. &
Lat.

ISOCRATIS orationes paucio-
res sunt forenses: excellit in Suafori-
is. Nimis morosè & fastidiosè de e-
loquentia eius judicat *Dionysius Hali-*
carnassensis. Cicero & Fabius, candi-
dus laudes eius prædicant. Græcè edi-
tus est *Venetis 1513. Græcè & Latine,*
cum annotatis Hieron. Wolfii, Basileæ
1570. à Paulo Stephano 1604. Com-
mendandus est hic Scriptor nostris
hominibus. Mirè enim Patriæ utilia
diceret, qui Ordinibus Imperii sua-
deret, quæ ipse Atheniensibus suis sua-
sit. Legatur *oratio eius de Pace*, & ob-
seruetur, annon appositè illa omnia
dici, suaderique potuerint, factâ pace
Monasteriensi.

DEMOSTHENIS & ÆSCHI-
NIS opera Græcè & Latine, cum commen-
tariis Græcis *Ulpiani Rhetoris* in De-
mosthenicas orationes, & *Hier. Wolfii*

B 5 Notis

Notis excusæ sunt Basilee 1572. & Genevæ 1504. Demosthene nihil grauius Græca nouit eloquentia. Orationes eius partim sunt forenses, partim deliberatiuæ. nam demonstratiuæ duæ tantum sunt. In *Cicerone Platonis & Demosthenis imitatio*, tam est singularis & exquisita, vt fortasse paucissimorum in hunc diem obseruatio huc pertingat. Demosthenes insuper, Juris omnis consultissimus: & Ciuilis, Attici, prudentissimus. Illud inditum transmitti non debet, quod in ciuili jure tractando, ad fontes eius ascendit, & insignem legibus auctoritatem conciliat, si natura eas dictasse, ratio inuenisse, gentium consensio explicasse videatur. Cuius philosophiæ specimen etiam Cicero, tum alibi, tum in Milonianâ, per manifestam imitationem Demosthenis, dedit.

Ex horum Oratorum scriptis non antiqui tantum Jurisconsulti Romani profecerunt plurimum, sed post instauratas literas *Budeus* præsertim, & alii, suos fundos irrigarunt. Hodie
pæne

pæne ipsa nomina ignorantur. Tantum, invisa quondam barbaries amatur.

Venimus ad **ARISTOTELEM** *Stagiritam*, sectæ Peripateticæ principem. cuius ingenium & in tradenda philosophia disciplinam, meritò totus orbis admiratur. Singillatim sæpissimè editi sunt eius libri. *Coniunctim Græcè ex Aldi officina Venetiis 1495. Græcè cum præfatione Erasmi, Basileæ 1550. cum Commentariis Averrois Græcè & Latinè, tomis undecim Venetiis 1560. Omnia opera Græcè & Latinè cum præfatione & castigatione Is. Casauboni Lugduni 1590. iteratâ hoc seculo editione. Græcos Aristotelis interpretes Veteres recenset peculiari catalogo, ut & Platonis interpretes, Labbæus. Extat & in Editione Lugdunensi Index autorum, qui suis laboribus & lucubrationibus Aristotelis libros ac philosophiam conati sunt illustrare, operâ Paschalis Galli Pictonis. De varia fortuna Aristotelis in Academia Parisiensi, elegantem libellum scripsit, Joannes*

*Joannes Launois. Paradoxica exercita-
 tiones Gassendi adversus Aristoteleos, li-
 cet non per omnia seriò agant, legi ad
 judicium informandum, ne plus vl-
 tra aut citra eatur, merentur. Ad
 πειρίαν de Aristotelicis operibus ca-
 pessendam, profuerit, legere *Disserta-
 tionem Danielis Heinsii, in librum de
 Mundo*, qui vulgo tribuitur Aristoteli.
 In *Physicis*, quin merito emendaue-
 rint multa, qui cum naturali philoso-
 phia experimenta mathematica con-
 junxerunt, negari nequit. In *Practi-
 cis*, Ethica quidem Nicomachica con-
 cinni perfectique operis laudem me-
 rentur: non, si demonstrationum
 accuratiores rationes quis desideret,
 sed ad popularem loquendi sentien-
 diq; consuetudinem, omnia referen-
 do, cui congruere existimavit debe-
 re hoc doctrinæ genus. In *Politicis*,
 eandem totius constructi operis di-
 sciplinam quæsiuerunt multi; parum
 utiliter. Quæsiuerunt enim, quod
 auctor hîc quæri noluerat. Fragmen-
 ta sunt scilicet, non contexti operis
 specimina.*

specimina. Quo pertinent *Conringij*
Isagogica. Illud quoque per cecidit
 incommodè, quod pro perfectis defi-
 nitionibus arripuerunt Aristotelei, &
 anxie explicarunt, quas pro talibus
 nec tradidit Aristoteles, nec si tradi-
 disse, defendi deberet. E. g. in qua-
 cunque Republica non referuntur o-
 mnia ad salutem & felicitatem paren-
 tium, illa est vitiosa aut tyrannica.
 Hoc Aristotelicum carmen iactant,
 quod ad perturbandam gentium qui-
 etem pertinet. Talia insunt plura:
 quamquam ex hoc solo, tota prava
 Politica condi potest.

In successione Philosophorum, ut
 Græci loquuntur, Aristotelem exci-
 pit THEOPHRASTVS. Cuius de
 scriptis elegantem libellum emisit
Joannes Meursius. Quæ autem extant,
 sæpius per partes seorsum edita sunt:
 præsertim fragmentum *Characterum*
Ethicorum, *Casauboni* potissimum ope-
 ra illustratum: *Coniunctim* Græcè tan-
 tum, cum præfatione *Joachimi Came-*
rarij

rarij Basileæ 1534. Græcè & Latinè, interpretibus Daniele Furlano, & Adriano Turnebo Hanoviae 1643. Et ex recensione Dan. Heinsii 1613. Magnus scriptor, & in venusta eloquentiæ forma minimè ostentator. Librum eius de Plantis memorabili commentario percoluit Julius Cesar Scaliger. Cui Clusius addendus est.

EUCLIDES non *Megarensis*, ut vulgo appellatur, sed *Aegyptius* Geometra & Mathematicus perfectissimus, in hunc diem celebratur. Seriorum, & per partes, quæ supersunt, sæpius *Latinè* sunt edita. *Græcè* cum *Scholiis Procli Diadochi*, *Basileæ 1553*. Etiam ante 1533. cum *Commentariis Theonis, & Procli*. Tum 1537. *Elementa cum Commentariis Campani Venetiis 1482*. splendidè prodierunt. Sequitur *Dasypodij Græco-latina editio 1564*. *Isagoge Harmonica*, nomine *Cleonidæ* pridem nota, *Euclidi restituta* tum ab aliis ante, tum 1652. à *Marco Meibomio inter Scriptores Musicos*. Notitiam viri tradidit

didit Ger. Jo. Vossius de Scientiis mathe-
maticis cap. 15.

SIMMIÆ RHODII, *Securim,*
Ovum, Alas, Aram, Syringem, nescio
an genuina scripta credam. Sæpius
edita sunt. In ea *Salmasius Commenta-*
rium edidit pridem divenditum, ha-
ctenus non recusum. Solent etiam
Theocrito subiungi, quod & huius
esse putentur. Ludicrum hoc genus
poëtandi esse, nemo abnuat.

Sæculo ante Christum natum *Tertio.*

DEMETRII PHALEREI Theo-
phraستي auditoris eloquentia, molli
quâdam dulcedine effloruit. Aure-
um eius *libellum de elocutione* (περὶ ἐρ-
μηνείας) superiore sæculo in Italia pri-
mus edidit *Petrus Victorius* circa ann.
1554. in Germania *Caselius* anno 1584.
Græcè: anno 1585. eandem doctrinam
elegantissimo libello explicavit, cui
titulum fecit: *Phalereus, sive de elocu-*
tione liber. Dicit quidem *Caselius*
in

in præfatione ad Wernerum Behr: ipse primus in Germania hunc libellum edo. sed editus cum aliis opusculis erat Basilea 1557. Græcè & Latine.

De ANTIGONI CARYSTII Scriptis Historicis nihil ad nos peruenit, præter *Ἐξάδοξων ἱστοριῶν συναγωγὴ* siue collectanea mirabilium Historiarum, edita *Græcè & Latine Basilea 1568. cum Notis Joannis Meursii, Lugduni Batavorum.*

Quæ MEGASTHENIS (qui malè Metasthenes vulgo appellatur) BEROSI, MANETHONIS, nominibus Latine circumferuntur, putida Annii Viterbiensis commenta esse, eruditis notum & demonstratum est. Et facile colligitur, ex fragmentis horum scriptorum valde nobilibus apud *Eusebium in Preparatione Evangelica, Josephum, Strabonem, & alios.*

Venitur ad THEOCRITVM *Syracusanum, Idylliorum Scriptorem, cui & Epigrammata quædam, aliaque tribuuntur.*

buuntur. Editio præstantissima est
Danielis Heinsii Græco-lat. cum Scholiis.
 Ex Typographio Commeliano 1596.
 prodiit vna cum *Moscho, Bione, Simmia,*
Græc. lat. valdè emendatè. Ceterum
Bucolica Poësis habet aliquid secretio-
 ris disciplinæ tum in genere eloquen-
 di, tum in figuris argumenti ad res al-
 tiores pertinentibus. Absque quâ in-
 telligentiâ, ineptiæ videbuntur viris
 grauibus & seriis.

CALLIMACHVM, *Hymno-*
rum & Epigrammatum Scriptorem,
cum Scholiis Græcis veteribus, & versio-
nibus Frischlini, huiusque & suis notis
edidit Henricus Stephanus anno 1577.
Græcè, Basilea 1557., & Parisiis an. 1566.
 prodierat. Theologiæ Ethnicæ fa-
 bularumque Studiosis ingens parata
 materies.

ARATVS SOLENSIS in-
 ter Poëtas Græcos in splendida Ste-
 phanica editione supra laudatâ com-
 paret Græcè. *Eius φαινόμενα καὶ διορθώσεις*
cum Scholiis Theonis, & Leontij mecha-
 C *nicæ*

nici de Sphæra Aratea, Paris. 1559. Græcè & Latine, cum scriptoribus affinis argumenti Basileæ 1535. cum Notis Grotij, Lugduni Batav. 1600. Ex officina Sanct-Andreana 1589. Apud Astronomos maximæ auctoritatis & olim & hodie fuit. v. G.I. Voss. de scientiis mathematicis cap. 32.

ARCHIMEDIS quæ supersunt, *de Sphæra & Cylindro, de dimensione circuli, de conoidibus & spheroidibus, de lineis spiralibus, de planorum æquæponderantium inuentis vel centrâ gravitatis planorum, de arenæ numero, de quadratura parabole, Græcè & Latine primus in Germaniâ Heruagius excudifecit Basileæ 1544. vnâ cum Eutocij Ascalonitæ commentariis Græcis Latinitate donatis, in primum & secundum Archimedis de sphæra & cylindro, in circuli dimensionem, in primum & secundum æquæponderantium. cum Commentariis Federici Commandini prodierunt Venetiis opera Archimedis 1558. Scriptoris præstantiam consignat etiam Vossius de scientiis mathemat. c. 16. §. 2.*

APOL.

APOLLONIUS RHODIUS

*Argonautica reliquit libris quatuor, edidit cum Scholiis Græcis vetustis, quæ palmam inter alia omnia in alios Poëtas scripta, obtinere existimantur, Henricus Stephanus anno 1574. absq; Latina versione. Et jam ante cum iisdem Scholiis Græcè editus erat Florentiæ 1496. ita vt textus totus literis maiusculis exhiberetur. Quæ editio inter ornamenta Bibliothecarum custoditur. Græco-latine, Lugduni Batavorum prodiit per Hôltzlinum. Quam præclarus sit Poëta, duo potissimum argumenta ostendunt: primum, quod sæpius Virgilio summo Poëtæ ad imitationem placuit; deinde quod imitator eius Valerius Flaccus, in eadem *πρᾶγματι* infra exempli, quod sibi proposuit, modulum valdè relinquitur. Politicus de cetero poëta. quales Epicos omnes esse decet. Carmine redditus Latinè cum annotat. Valent. Rotmari. Basileæ 1572. 8v.*

C 2 *Sæculo*

Sæculo ante natum Christum
Secundo.

Occurrit HIPPARCHVS ce-
 lebris Astronomus : cuius in *Arati*
Eudoxi phenomena libros tredecim & li-
brum asterismorum, edidit Gr. & Lat.
Florentiæ 1567. Petrus Victorius. De-
nique Dionysius Petavius, tomo tertio
Doctrina Temporum.

Ante Polybium vixisse ÆNEAM
Tacticum, vel ex eo constat, quod
à Polybio laudatur. Is. Casaubonus
cum versione & Notis suis edidit, & Poly-
bio subiunxit.

POLYBIUM, abunde lauda-
 uit Casaubonus in præfatione splendi-
 dæ editionis *Gr. lat. 1609.* quæ cum
 diu desiderata esset, nuper in Belgio,
 sed formâ minore, vnâ cum *Excerptis*
Peiresianis ad Polybium spectantibus,
& Notis variorum prodiit cura *Jacobi*
Gronovij. Priores V. libri cum interpre-
tatione Perotti prodierant Hagnoæ an.
1530. Iterum hi quinque cum eiusdem
Perotti

Perotti versione, & ceterorum superstitum interpretatione Wolfg. Musculi, Basilea 1549. Xylander Germanicè vertit, impress. Basilea 1574. Castra Polybiana erudito commentario illustravit Hermannus Schelius 1660.

Sequitur M. ACCIVS PLAVTVS, Nobilis Comicus, cuius Comœdiæ superstites sæpius vulgatæ sunt. Et quidem *Basilea cum Notis variorum 1568.* Vicit aliorum industriam *Taubmannus sua editione Wittebergensi 1605.* sed & *Doufa, & Lernutius*, aliique Viri docti plurimi bene de hoc Scriptore meriti sunt. Quin præstantissimus Latinitatis auctor sit, dubium non est. Ineptiunt tamen, qui archaismos eius obsoletos imitando ubiq; inculcant: Tum etiam qui *πίστεως* iocosas, ridiculas, certis tantum personis, præsertim vilibus, conuenientes, aut de industria ad insolentiam *τὸ ἴδιον* notandam affectatas, sine discrimine, rebus seriis grauibus, tum personis, meliori caractere noscendis accommodant. Ante omnia autem, institutum poë-

seos Comicæ & tota ratio τῆ κωμωδίας
ignorari non debet ab eo, qui cum
fructu Plautum lecturus sit. *Horatius*
pleraque complectitur in *Arte poëtica*.
Addatur *Dissertatio Danielis Heinsii, ad*
judicium Horatij de Plauto, præmissa Te-
rentio.

TERENTIUS enim omnis
comicæ laudis magister & exemplum
est. Cuius VI. tantum supersunt fa-
bulæ. In quem *Donati* extant, inter-
dum exquisitæ, notæ; & *Eugraphij*,
non æquè magni momenti animad-
versiones. Optima editio *Linden-*
brogij in 4to. Tum *Gabrielis Faërne,*
Antonij Mureti, & Georgij Fabricij in 8v.
P. Antesignani Rapiſtagnensis Triplex
Commentatio, tribus voluminibus siue
exemplis 1560. Lugduni impressa, vsque
ad minutias curiosa est. Præmittitur
catalogus interpretum; qui in Teren-
tium commentati sunt. De Teren-
tio alibi multa diximus, & præsertim
Constitutionem singularum fabula-
rum, ad priscas Aristotelis & aliorum
leges explicauimus. Cicero sæpissimè
& va-

& variè imitatur Terentium: & in junioribus, simplicius idem facit *Arnoldus Ferronus*, qui Paulli Æmilii historiam Gallicam scribendo excepit.

NICANDRI, *Medici & Poëtae*, *Theriaca*, & *Alexipharmaca*, in sæpius laudata *Stephanica* editione, & ad formæ magnitudinem, typorumq; nitorem exactâ, comparent. *Theriaca* in Latinum carmen redacta prodierunt *Antverpiæ* 1571. *Alexipharmaca*, *Joanne Gorrao interprete*, *Paris*. 1549.

APOLLODORI Bibliothecam, *Historicæ πραγµατειας* esse, *Scaliger*, & post hunc alii agnouerunt. Ad notitiam Viri omninò legatur *G. J. Vossius de Historicis Græcis*, lib. 1. c. 21. Quamvis alia in controuersiam vocauit *Tanaquillus Faber in nouissima Apollodori Græco-latina editione cum Notis suis*, *Salmurii* 1661. Prodierat & ante *Græcolatina editio ex officina Commeliniana* 1599. *Et Antuerpiæ* 1565. *Necessarius liber ad Theologiam ethnicam & historiam*

40 JO. HENRICI BOECLERI
storiam, sed fructum ex eo petendum
paucissimi vel videre, vel percepere.

C. LVCILII *Satyrographorum*
principis reliquias Franciscus Jani F.
Doufa cum Notis suis edidit Lugduni Ba-
tau. 1597. Sed de Satyrico quidem in-
stituto alibi rectius dicetur. Ista,
Latias antiquitates euoluere cupien-
tibus forte aptiora sunt, quam nego-
tia & rerum actum intuentibus.

Seculo ante Christum natum
Primo.

THEODOSIUS TRIPO-
LITES insignis mathematicus flo-
ruit, cuius quæ supersunt, SPHÆ-
RICA, *cum commentariis Clauij, Ro-*
me 1585. & 1586. hac & cetera, Gr. & Lat.,
per Dasypodium Argentina prodierunt
1572.

LVCRETIVS *Carus* in Poë-
tis Latinis ingenio & eruditione ma-
gnus, philosophiam naturalem, ex
mente Epicuri, scribendo illustravit
plurimum

plurimum: ita ut etiam hodie inter Scriptores publicè enarrandos Profef-
 fori Physico, legibus & statutis Aca-
 demiaè Argentoratensis commende-
 tur. Commentarius in hunc Poëtam
 nobilissimus est *Petri Gassendi Philoso-
 phia Epicurea pars physica*. Pulchellas
 in eum Notas cum textu à se recensi-
 to nuper edidit *Samurij Tanaquillus
 Faber*. In ceteris editionibus, *Gifanij*,
cum collectaneis Antuerpiæ 1566. præ-
 cellit. Archaïsmis detractis, inter
 præcipuos Latinitatis auctores nume-
 randus est, quod vel ex frequenti Vir-
 giliï imitatione apparet.

Perventum est ad M. TVLLIVM
 CICERONEM, Romanæ elo-
 quentiæ principem. Cuius scriptis
 nihil purius, copiosius, prudentius.
 De stilo non satis accuratè judicant,
 qui in Epistolis tenue, in Philosophi-
 cis mediocre, in Orationibus sublime
 seu grande dicendi genus agnoscunt.
 In *Epistolis* enim paucæ tenui chara-
 ctere æstimari possunt: multæ supra

C § me-

mediocritatem ascendunt, & sublimes incedunt. *Orationibus* omnibus quin grandis stilus conveniat, vix est dubitabile. *Philosophica & Oratoria* mediocritate quadam commendari, id verò jam certius. In *Ethicis* potest ad Aristotelis rationem reduci, quando in libris *de finibus* (nam *Academicarum* quæstionum pauca fragmenta restant) felicitatem civilem inquirit; *in Tusculanis quæstionibus* hominis facultates affectusque considerat; *in Officiis*, virtutis & honestatis præcepta ad usum communis vitæ in republica transfert. *Opus de Republica*, & cum eo præstantissima Politice periit: quam si haberemus, non esset interpres Platonis potior in hoc genere. *Physica*, in libris *de Natura Deorum*, & *de Divinatione*, & in *somnio Scipionis* luculentè attigit. *Orationes* suas, in senatorias & forenses ipse divisit: utrobique perfectissimus sui exempli auctor. *Epistola ad Q. fratrem* habent specimen totius opusculi *de regenda republica*. *Epistola reliquæ* verum thesaurum

saorum rerum ciuiliū continent:
 sed vix aspectabilem iis, qui vel histo-
 riæ vel experientiaē lumine non illu-
 minantur. Opera singillatim variè,
 & cum diuersi generis commentati-
 onibus edita sunt. *Coniunctim duobus*
tomis Lutetiaē 1566. Eodem anno to-
 mis IV. edidit *Dionysius Lambinus*, cu-
 ius tamen in corrigendo & mutando
 audacia probari nequit. *Et cum Com-*
mentariis Pauli & Aldi Manutiorum
Venetis 1591. Lugduni IV. tomis 1588. Ba-
sileæ itidem IV. tomis 1540. Non fuit
 haētenus editio, quæ præferretur *Jani*
Guilelmij & Jani Gruteri editioni Ham-
burgensi 1618. in forma majore. Ado-
 ctissimo Græuio mox expectamus lu-
 culentam editionem. *Freigii in orati-*
ones Ciceronis futes notaē vbiq̄e fere
in scholas receptæ, de ignorantia sæ-
culi testantur.

C. VALERIVS CATVLLVS
 ingenio & Latinitate præstat. Argu-
 mentum illi unum, Venus, etiam in-
 fanda. Quare solet plerumque cum
 TIBVLLO & PROPERTIO
 (qui

(qui Amorum Triumviri vulgò audiunt) edi. His tamen plus pudoris quàm illi superest. Fortè de his & similibus rectum est Grotii judicium in sylva ad Franciscum Aug. Thuanum adolescentem:

Ast alios, quorum citharas exercet
inertes

Mollis amor, seponis adhuc, dum
justior ætas

Permittat castos thalami sub le-
gibus ignes.

Extat etiam editio Francofurti 1621. in 8v. cum notis variorum curante Jano Gebhardo. Index laboriosè, sed parum eruditè confectus. *Venetis* 1500. itidem cum Notis variorum prodierant. Et cum insignioribus *Josephi Scaligeri* Lutetiæ 1577.

Huius sæculi sunt etiam illustres Historici C. JULIVS CÆSAR, cuius optima editio Jungermanni in 4to. cum Notis variorum. De quo satis alibi dictum.

C. SAL.

C. SALLVSTIVS CRISPVS, quem cum Notis variorum Gruterus edidit: ita Basileæ antea maiore forma editus erat. In stilo archaismorum nimis studiosus est: in argumento nimis Philosophus, vt nonnulli existimant. Recta tamen est & grauis eius philosophia.

De **DIONYSII HALICARNASSENSIS** Historia Romana supersunt libri tantum XI. usque ad sublatum Romæ Decemviratum. Altera pars operum eius continet Rhetorica & Critica. Optima Editio Græco-latina est Wecheliorum Francofurti 1586. in fol.

DIODORVS SICVLVS ante hunc debebat laudari. Optima Editio Græco-latina studio Laurentii Rhodomanni Hanoviæ typis Wecheliani 1604. Quædam huius Scriptoris in Excerptis Peiresianis.

NICOLAI quoque **DAMA-SCENI** quædam in iisdem Excerptis supersunt.

ME.

46 JO. HENRICI BOECLERI

MEMNONIS Historiam rerum Heracliensium in epitomen redigit Photius codice 224.

M. VITRUVIVS POLLIO de architectura libros X. ad Augustum scripsit. qui adhuc hodie præstantissimus in arte sua habetur, omniumque gentium linguis celebratur. Editus est cum notis Guilielmi Philandri Castilionii Argemonti 1550. in 4to. Plura addidit Jo. de Laët. suæ Editioni Christinae Reginae dedicatæ Lugdun. Batav. in fol.

VARRONIS quæ supersunt, Josephus Scaliger præsertim suis Animadversionibus excoluit.

P. VIRGILIUS MARO excellentissimis operibus Bucolicorum, Georgicorum, Æneidos inclaruit ad perfectissimi ipsique Homero, Hesiodo Theocrito in iis quæ imitatus est, æquandi si non præferendi Poëtæ laudem. Sæpius editus cum notis variorum. Seruii veteris Scholiastæ
Notas

Notas ex Petri Danielis optima editione cum textu habemus. Taubmanni editio diligentissima est. Ex veteribus ad Seruium iam nominatum Donatus in Veneta aliisque editionibus accessit. Macrobius in Saturnalibus de imitatione Virgilii Homerica operosus est. In junioribus Jul. Cæs. Scaliger libros Poëtices suæ pleramq; partē ex Virgilio concinnauit, quem totum perdidicerat. Ludouici de Cerda ingentes sunt Commentarii continentes digna atq; indigna relatu. Erythræi Index non est spernendus, licet nimis *μικρολόγως* diligens.

P. OVIDIUS NASO Latine elegantiae copiae & Latinitatis inter Poëtas exemplum est. Editiones plurimæ. de emaculando textu feliciter sollicitus fuit *Nicolaus Heinsius*, nouissimâ editione. Metamorphoses magnum historiae argumentum fabularum involucro docent. Ut & Fastorum libri. Quos integravit ad numerum mensium Cl. Barthol. *Morisonus*

risotus. Non sine periculo nominis sui, quod cum tanto Poëta comparari voluit. Solutæ quoque eloquentiæ amatoribus aptissimus Poëta. Et fanè plurima eius carmina; detractis numeris ad venustæ eloquentiæ formam collocari possunt.

De TIBVLLO & PROPERTIO occasione Catulli dictum est.

C. JULIUS HYGINUS à nonnullis pro liberto Augusti habetur; quanquam alii ad scitius tempus referunt. Inter *Auctores Finium regundorum* editus à Rigaltio *Lutetiæ* 1614. Castra eius edidit Hermannus Schelius cum castris Polybianis.

De P. SYRO MIMOGRAPHO, cuius versus acuminè & pondere sententiarum plenam auctoritatem obtinent, Josephus Scaliger, & nuper Tanaquillus Faber, bene meriti sunt.

Virgilio

Virgilio comitem dare debuimus
HORATIVM FLACCVM, in-
 ter primos Latinitatis auctores ha-
 bendum, poëtam ingenio & arte ma-
 ximum. Editus est sæpius cum No-
 tis variorum, etiam Venetiis 1520. Ba-
 fileæ 1555. Antuerpiæ 1577. Daniel
 Heinsius diligenter recensuit in svo.
 & 12. adiectis eruditis Notulis & duo-
 bus libris de Satyra Horatiana, qui
 omnino propædiæ causæ legi debent.

Supra ante Vitruvium poni etiam
 debuerunt **T. LIVIVS Patavinus**,
 & *Trogus Pompeius*. Et Livii quidem
 quæ supersunt, emaculatissima dedit
 alterâ iam editione *Jo. Frid. Gronovius*,
 supplevit *Freinshemius* libros amissos
 egregio opere. Etiam hic in optimis
 Latinitatis auctoribus illustre nomen
 tuetur. Polyarchici mixtique regi-
 minis bona malaq; non aliunde cer-
 tius petas.

TROGI POMPEII stilo u-
 titur Epitomator *Justinus*: in quo e-
 dendo felix fuit diligentia *Bongarsii* &

D

Ber-

Berneggeri, *Grævij* quoque politulæ
notæ nuper accesserunt.

Sæculo post natum Christum

Primo.

*De Script.
Ecclesiast.*

Ante omnia se nobis offerunt san-
ctissima **NOVI FOEDERIS**
VOLUMINA. Et *Epistolas* quidem
Christi ad Abgarum, huius ad illum,
apud *Euseb. Histor. Eccl.* 1, 13. genuinas
non esse, *Cardinalis Bellarminus* agno-
scit. Circumferuntur & alia quasi
hoc sæculo scripta, nec recepta pro
genuinis, partim & rejecta. De qui-
bus *Bellarminus* & alii videndi. In li-
bro autem *Novi Testamenti*, præ omni-
bus libris venerabili & salutari occur-
runt primo *Evangelista*; deinde *Actus*
Apostolici, tum *XIV. Epistola Paulina*;
inde *Epistola Catholica*, denique *Apo-*
calypsis Johannis. Primus *Euangelium*
scripsit *Matthæus* ab initio quidem *He-*
braicè, sed vt mox conuerteretur *Græ-*
cè ab Apostolo aut apostolico Viro:
quare textus *Græcus* pro authentico
semper

DE SCRIPTOR. SEC. P. C. I. 51

semper habitus, Hebræo inter manus
hæreticorum corrupto & interpolato.
Euangelium Matthæi in *Codice MSC.*
venerandæ antiquitatis ita præscribi-
tur:

*Inter apostolicos Domini numeratus
amicos*

*Hic est, qui primo sanctoq; charisma-
te plenus,*

*Clara salutiferi scripsit miracula
Christi,*

*Ipsius & sacris junxit pia dogmata
factis,*

*Dignus Evangelista DEI cognomine
Leui*

*Matthæus, ostendens verum hunc
hominemq; Deumq;.*

*Marcum Latine primo scripsisse,
non credimus contra Hieronymum &
alios Patres, qui Græcè hunc suum
Euangelium scripsisse tradunt.*

*Tertius Evangelista Lucas est, de
quo Codex MSC. modo laudatus præ-
fatur.*

D

Ecclesia

*Ecclesie lampas sacer hic est nomine
Lucas,*

*Qui vir apostolicus diuino flamine
plenus*

*Hoc Euangelium Domino tribuente
sacratum*

*Scripfit, & in totum sparsit latissime
mundum*

*Ipsè sequens sanctum per plurima vin-
cula Paulum,*

*Bithyniaque docens, migravit ad ar-
dua cæli.*

*Actus Apostolicos Lucas scripsit.
Epistolarum Paulinarum quando quæ-
que scripta sit, tum Theodoretus aliiq;
Veterum, tum Baronius & alii requi-
sivere. Vt & de tempore Apocalypseos
scriptæ diligenter requisitum est.*

Huius sæculi sunt celebres illi duo
Judæi Hellenistæ, vt vulgo vocantur,
PHILO ALEXANDRINVS &
JOSEPHVS. PHILO eloquen-
tiâ Platonis æmulus, Philosophus pra-
cticus exquisitæ doctrinæ, recti judi-
cii, quotiens allegoriis non immer-
gitur.

gitur. Ea enim philosophia intemperantius & audacius utitur. Inter editiones præstat *Parisiensis Græco-latina* 1640. in fol. JOSEPHVS censorem habet doctum & perpetuum *Jacobum Salianum* in *Annalibus Ecclesiasticis*. Editio *Geneuensis Sigismundi Gelenij* hætenus in usu fuit. Expectatur iam pluribus annis *Bosiana*: in *Anglia* nouam editionem ajunt sub prælo esse.

JVSTI TIBERIENSIS *Historica*, Photii potissimum indicio noscuntur Cod. 35.

Medici huius sæculi, Græci, *Tral-lianus*, *Aretæus Cappadox*, Latini, *Scribonius Largus*, *Cornelius Celsus* continentur in opere *Henrici Stephani* 1567. cui titulus est: *Medicæ artis Principes post Hippocratem & Galenum*. 2. volum.

SCRIBONIVM cum eruditis Notis edidit *Jo. Rhodius*.

ARETÆVM Græc. lat. *Augustæ* edidit *Henischius* 1603.

D 3

EPI.

EPICETI enchiridion, Stoicisimi summa, sæpius edita est, cum versione *Politiani Argentorati* 1520. & cum *dissertationibus Arriani in Epicetum*, eodem interprete, edente *Luca Holstenio, Cantabrigiæ* 1655. in 8v.

AVCTOREM PERIPLI vulgo *Arriano* tributi commentariis illustravit *Guil. Stuckius gr. lat. fol. Basileæ* 1533.

VELLEIVM PATERCVLVM cum notis edidit *Lips. in fol. Antwerp. Gebhardus in 12. Ger. Vossius in 12.*

Q. ASCONIVS PEDIANVS doctissimarum *in orationes* quasdam *Ciceronis Notarum* autor sæpissimè impressus 8v. etiam *Lugd. Batav. 12.*

L. ANNÆVS SENECA Philosophus & M. SENECA Rhetor editi *cum Notis Variorum in fol. Paris. 1613. bis Lugdun. Batav. in 12. à Gronouio.* In *M. Rhetore* multa eloquentiæ mysteria: multa etiam juris reconditi

diſſi ſpecimina. *Annei* in philoſophia
parænetica magna viſ.

De Q. CVRTIO *Raderus*, &
Freinshemius bene meriti, repetita nu-
per editione in 4. *Argentorati*.

PLINII SECUNDI *Historia*
naturalis olim à *Dalechampio* nuper à
Gronovio eruditis *Notis* illustrata eſt,
omnis eruditionis penu in hoc Scri-
ptore.

SENECA TRAGICVS (quam-
uis non idem tragoediarum ſcriptor)
nouiffimè *Lugduni* editus cum *Notis*
variorum.

In SOLINVM extat vaſtum
opus *Exercitationum Plinianarum Sal-*
maſii in fol. 2. Tom.

S. JULIVS FRONTIVS,
cum *Vegetio* editus à *Steuvechio* & *Scri-*
verio, partim etiam in *Auctoribus fi-*
nium regundorum à *Rigaltio*.

LVCANI *Pharſalia* *Grotio* mul-
tum debet, in 8v. Poëta acutus &
πολιτικός.

D 4

L. AN-

L. ANNÆVS FLORVS, *Freins-
hemio* multum debet.

DIONYSIVS ALEXANDRI-
NVS, *Periegetes* Græcè cum Com-
mentario *Eustathij* editus à *Rob. Steph.*
1547. *Gr. lat. Basileæ* 1556.

STRABONIS γεωγραφικῶν opti-
ma est editio *Is. Casauboni secunda*
Paris. 1620. *Gr. Lat.* Multa historiæ
reconditæ insunt, elegans & politi-
cum huius viri iudicium in omnibus.

PHÆDRI fabulæ sæpius editæ,
etiam in *Freinshemij* posthumis, tum
à *Tanaquillo Fabro.* Libellus nunc in
omnium adolescentum manibus
versatur.

PERSIVM Satyricum cum *ve-
teri Scholiaste Parisiis* edidit *Britannus*
in 4t. Etiam *Casaubonus* in 8v. cum li-
bro de *Satyra.*

POMPONIUM MELAM *Is.*
Voss. {cum *Notis* edidit in 4. *Hagæ*
1658.

PETRO.

PETRONIVM ARBITRVM

editum *Officina VVecheliana cum Notis Variorum, Francofurti 1621. in 8v.* Nuper (1663.) fragmento sive figmento Italus quidam lepidè os subleuit eruditus in hanc messem involantibus. Neronis scelera nimis apertè describuntur, etiam τὰ ἀσπλά, Jo. Petri Lotichij vasti commentarii, multa habent *ἀσπλά.*

SILIVS ITALICVS à *Dani- ele Heinsio* adolescente cum Notis editus.

Sæculo post Christum natum
Secundo.

C. PLINII *Epistolæ à Cataneo, & Buchnero, Panegyricus à Lipsio, Grutero, cum Notis variorum &c.* editus est. Hic summam politices siue specimen boni Principatus continet: *Epistolæ juridicâ & ciuili disciplinâ abundant.*

RUFVS EPHESIUS inter Medicos veteres à *Stephano* editus, vt supra.

D 5

58 JO. HENRICI BOECLERI

GALENI, qui cum Hippocrate, Medicorum princeps celebratur, opera V. tomis Græcè *Basilea sunt edita* 1538. Latinè *Venetis* 1625. in 7. classes distincta. Artis philosophicæ & eruditionis penu haberi debent, etiam in rebus non medicis. Pædiæ causa legatur *Elogium Galeni à Labbaeo concinnatum.*

PALLADIUS cum aliis Scriptoribus de re rustica sæpius editus est: tum *Venetis* 1538. & *Paris.* 1543.

MAXIMVS TYRIVS philosophus Platonicus, reliquit dissertationes morales, quas *Gr. Lat.* edidit *Dan. Heinsius Lugd. Batav.* 1624.

M. ANTONINI Imp. libri *de seipso & ad seipsum Gr. Lat. Basilea* 1505. *Merici Casauboni, in Angl.* 12. *Gatackeri cum Notis in 4t. Londini.*

SEXTVS EMPIRICVS scriptor doctissimus & philosophiæ veteri eiusque sectis noscendis apprimè necessarius. *Henricus Stephanus* latinè

nè vertit, & Notas adjecit, *Paris. & Antwerp. edit.* Nobilior editio *Genev.* Gr. Lat. fol. 1621.

APVLEIVS PLATONICVS, à *Geuerhardo Elmenhorstio cum Notis & Indice* editus. In *Apologiam Scipio Gentilis* amplissimum Commentarium scripsit: *Metamorphosin Joannes Priæus* 1650. notis illustravit. In hoc scriptore plus antiquæ Latinitatis, & reconditæ philosophiæ reperitur, quàm vulgo cognitum est: Quia enim stilius eius, tumorem aliquem præfert & affectationem, negligitur plerumque. Sed, vt dixi, profunda eruditio subest.

PLVTARCHI CHÆRONENSIS opera partim sunt Historica, vitæ scilic. eius comparatæ; partim moralia & politica. Floridus est scriptor: cuius imitatio in omnibus linguis decere potest: Gallis tamen præcipuè adamata. Philosophus quoque eximius est: ita vt non parum philosophiæ veteris inde peti possit ac debeat. Editio præstantissima *Wechel.*

60 JO. HENRICI BOECLERI
schel. Græc. Lat. 2. voluminib. Francofurt.
1599.

STATIVS PAPINIVS *Paris.*
eum Not. Crucei in 4t. Gronouij Diatri-
bæ in Statium. Editio Bernartij in 8v.
Poëta facundus : acutis sententiis.
Sed Maronis ingenium & artem, quæ
imitatur, non assequitur.

JUVENALIS Poëta Satyricus,
facundia & philosophandi studio sa-
tyricum institutum excedit. *Edit. cum*
veteri Scholiaste Paris. 1603.

MARTIALIS Epigrammatum
scriptor doctus, plerumq; & argutus.
nec tamen omnia eius epigrammata
acumen habent. *Edit. Paris. in 4t. cum*
Notis variorum 1601. Matthæus non
improbando instituto obscœua omi-
sit *Edit. Ingolstad. 1602.*

TERENTIANVS MAVRVS
in Grammaticis vett. Elie Putschij in 4.

FABIVS QVINTILIANVS
Paris. cum pref. P. Gallandij fol. Parei
cum

DE SCRIPTOR. SEC. P. C. II. 61

cum declamationibus nouissimè in-
uentis 8v. subtiliter artem rhetoricam
tradidit, quem qui non legit, nec in-
telligere nec docere veteres potest.

PHILOSTRATI opera *gr. lat.*
Paris. ed. à Fed. Morello fol. 1608. Non
est vnus auctor, *v. Voss. de Hist. Gr.* sed
omnia scripta sunt erudita nec infa-
cunda.

DIO PRUSÆENSIS CHRYS-
SOSTOMVS *Gr. Lat. à Casaub. edit.*
Paris. in fol. orator ciuilis, pressus, ca-
stigatus, *Grotio* adamatus.

POLEMONIS pauca quædam,
cum *Himerij* Sophistæ excerptis edi-
dit *Henricus Stephanus* *Græc. 1567. 4.*

ZENOBII & DIOGENIANI
Proverbia *Gr. Lat. de Excerptis edita*
Lugd. Batav. in 4.

VALERII PROBI liber editus
inter veteres Grammaticos *Dionys.*
Gothofr. & seorsum ab Ernstio in 4.

AVLI GELLII, non Agellii, no-
tes Atticæ ab *Henrico Stephano & aliis*
sæpius

62 JO. HENRICI BOECLERI

sæpius editæ, etiam *Lugd. Batav. cum
Notis varior. in 8.* singularis thesaurus
antiquæ eloquentiæ & philosophiæ,
sed paucis perspectus latet in hoc scri-
ptore, ne quem præjudicio decipiat *Li-
psii* iniquior censura in *præloq. Seneca.*

APOLLONII DYSCOLI Gram-
mat. de Syntaxi Græc. edit. ex officina
Wechel. Francofurt. 1590.

LUCIANI opera *Gr. Lat. Basil.
4. tomis 1568. Lugdun. 1549.* multa e-
loquentia & varia eruditio inest.

POLYÆNUM *Gr. Lat. edit. Ca-
saubon. 12.*

ATHENÆVS. Hunc *Gr. Lat. &
cum Commentario* edidit *Casaubonus in
fol.* plurimæ eruditionis, & curiosæ
annotationis auctor.

ARISTIDES *Sophista,* tribus to-
mis editus à *Cantero Gr. Lat. in 8. 1608.*
Multo eloquentiæ præsertim panegy-
ricæ cultu, ad gravitatem autem Iso-
cratis non ascendit.

POLLUX

POLLUX onomastici eruditissimi & incomparabilis auctor. Sæpius editus, in primis *Gr. Lat. à Sibero in 4.*

Quantum attinet ad Scriptores Ecclesiasticos Seculi II. post Chr. N. IGNATII Episcopi & Martyris Epistolæ editæ sunt sæpius, etiam à *Nicolao Vedelio Genevæ, Vsserio Armachano in Anglia, Is. Vossio in Belgio.* maxima & elegans disputatio *ἡ τῶν ὑποκρίσεων* & singularum.

POLYCARPI vna tantum ad Philippenses circumfertur, de qua itidem disputatur.

DIONYSIVS AREOPAGITA non antiquissimus ille, cuius in *Actis Apost.* mentio fit, (id enim hætenus probari non poterat) cetera scriptor nequaquam spernendus, cum grano salis legi debet. *Editio Gr. Lat. Paris. in fol. præcellit.*

S. QVADRATVS & S. ARISTIDES Apologias scripserunt pro Christianis ad Hadrianum tum in orthodoxographis Patrum Basileæ, tum
alibi

64 JO. HENRICI BOECLERI
alibi editas, *in Bibliothec. Patrum.*

S. JUSTINVS MARTYR ab
Henrico Stephano Gr. Lat. & nouissimè
Paris. editus. grauis & pius scriptor,
quanta vis auctoritate venerandus.

S. ATHANAGORÆ apologia
Justini scriptis coniungi solet, in po-
terioribus Editionibus.

IRENÆVS *Gr. Lat. Paris.*

Sæculo III. post Christum
natum.

TERTVLLIANVS doctissimus
Theologus scripturam suam obscu-
rauit phrasibus Jurisconsultorum,
quas, qui non intelligit, vbique hæ-
rebit. Bona editio *Nicolai Rigaltij.*
ineptissima, quæ sibi titulum fecit
Omniloquium Tertulliani. Inter Theo-
logos Historicus. Libros eius cum
iudicio legendos, quippe erroribus
non immunes, etiam *Bellarminus* mo-
net: *De Scriptorib. Eccles.*

MINVTIVS FELIX ab *Elmen-*
horstio & nouissimè cum amplissimis
Commentariis editus.

CLE.

CLEMENS ALEXANDRI-
NVS in Theologia vniuersali aduer-
sus Gentiles grauis scriptor, omnige-
nâ eruditione imbutus, à *Dan. Heinsio*
nouissimè *Gr. Lat. Paris. editus est.*

ORIGENES ADAMANTI-
VS plurima quidem scripsit: sed quæ
superfunt 2. *tomis* continentur *Paris.*
Gr. Lat. fol. doctissimus vir, sed gra-
uissimos in errores prolapsus.

S. GREGORII THAVMA-
TVRGI opera *Gr. L. Paris.*

CYPRIANI opera *Erasmus* ma-
gnificâ cum *præfatione* edidit.

ARNOBIVS, stilo tumidiore,
miltâ eruditione, contra ethnicos pro
veritate Christianæ religionis scripsit.
Editus *Antuerpiæ 1582. in 8^o. Paris. cum*
Heraldi Not. 1605. ab Elmenhorstio Ham-
burgi 1510.

LACTANTIUS, ex officina
Aldi in 8^o. Basil. in fol. Paris. 1563. &
sæpius alibi. facundissimus scriptor,
& diligenter legendus, tum propter

E Theo-

66 JO. HENRICI BOECLERI
Theologiæ vniversalis disciplinam,
tum propter moralia.

ALEXANDRI APHRODI-
SIENSIS pleraq; edita sunt Floren-
tia, Venetiis, Parisiis & alibi. Græcè, &
seorsum Latinè. v. Labba. de interpre-
tibus Aristot.

PLOTINVS *Platonicus*, Gr. L.
Basil. in fol. 1580.

DIONYSIVS LONGINVS
Gr. Basilea. Gr. Lat. in Commelinia-
na officina. Libellus iis omninò le-
gendus, qui de mysteriis eloquentiæ
aliquid gustare cupiunt.

DIO-CASSIVS, vtilissimus
& diligentissimus Historicus. Gr. Lat.
Henr. Stephanus edidit. Et Wechel. of-
ficina in fol.

CENSORINVM, de die nata-
li, Lindenbrogius cum Commentar. edi-
dit in 4.

CVRIVS FORTVNATIA-
NVS inter Rhetores antiquos Basil.
& Paris. editos reperitur.

CAP.

CAPITOLINVS, SPARTIANVS, VVLGATIVS GALLICANVS, TREBELLIVS POLLIO, inter Scriptores Historiæ Augustæ editos à *Grætero* reperiuntur. Etiam à *Casaubono* & *Salmasio* editi sunt cum amplissimis Commentariis *Paris*.

OPPIANVS poëta Græcus, cum veteri *Scholiaste Gr. & notis Contr. Rittershusii* editus *Lugdun. Batav. 1597. Gr. Lat. in 8.* poëta perdoctus: cuius præfationes singulorum librorum panegyricis inuentionibus aulicisque præcellunt.

AVRELIVS OLYMPIUS NEMESIANVS à *Barthio* cum notis editus & in *Jani Vlity Cynægeticis*.

Supra in *Scriptoribus Saculi II. post Christum natū* debuit etiam memorari PAVSANIAS, cuius, post *Aldinam* editionem Græcam, *Græco-Latina Wecheliana* præcellit, *Hanovia 1613*. Verum reliquit posteris omnis antiquitatis Græcæ thesaurum, multa

68 JO. HENRICI BOECLERI
eruditione & diligentia consignatum.
Non possunt eo uti, nisi serio docti.

*Sæculo IV. post Christum
natum.*

In Scriptoribus Ecclesiasticis occurrit EUSEBIUS, cuius Historia Ecclesiastica nuper ab *Henrico Valesio* memorabilibus Notis fuit illustrata, *Paris. Gr. Lat.* Præterea scripsit *Preparationis Evangelicæ & Demonstrationis Evangelicæ* nobilissima opera, pro veritate Christianæ religionis contra ethnicos. Post *Roberti Stephani* Græcam editionem, cum versione noua *Vignierij* edita sunt *Paris. Græc. Lat.* Item *Chronicon* à *Josepho Scaligero* animadversionibus illustratum. Præparatio Evangelicæ multa conseruauit fragmenta ex vero *Sanchuniathone*, *Beroso*, *Hecatæo*, *Artapano* & aliis amissis scriptoribus.

ATHANASIVS *Gr. Lat. Basil.*
& hoc sæculo *Paris. editus.*

EVAGRIVS inter Historicos
Eccle-

Ecclesiasticos à *Robert. Stephan. Paris.*
Gr. Lat. à Christophorsono editus Geneva.

EPHREMVS *Syrus in Bibliotheca*
PP. habetur. studiosus est nouarum
opinionum.

BASILIVS *magnifica eloquen-*
tia Gracè Parisiis, Gr. Lat. ibid. editus.

CYRILLI *Hierosolymitani editio*
Gr. Lat. Paris. præcellit.

JOANNES CHRYSOSTO-
MVS *profluente eloquentia, suavis,*
pius, & efficax Homiliastes; melior
quàm Exegetes. Gracè opera eius e-
dita sunt in Anglia sumptibus Saulij,
qui 25000. Rosas nobiles impendit,
8. Tomis Gr. Lat. Paris.

EPIPHANIVS *Gr. Lat. à Dionys.*
Petauio editus Paris. præcellit. Antiqui-
tatis Ecclesiasticæ studiosis in primis
necessarius scriptor, doctus & disertus.

GREGORIVS NAZIANZE-
NVS *Gr. Basilea, Gr. Lat. Paris. II. to-*
mis editus cum Nicetæ & Billy Com-
mentariis.

E 3

GRE-

70 JO. HENRICI BOECLERI
GREGORIVS NYSSENVVS
Gr. Lat. Paris.

AMPHILOCHII opera *Græc.*
Lat. Paris.

PALLADII *Historia Lausiaca*
Sanctorum à *Meursio Græc.* edita in 4.
Gr. Lat. Paris.

JULIVS FIRMICVS MATER-
NVS *in fol. Basil.* eruditus scriptor.

LVCIFER CAFARATINVS
in Biblioth. PP.

HILARII opera *Basil. edit.* ab E-
rasmo in fol. Etiam *Paris.*

OPTATVS *Afer, Basil. & Paris.*

AMBROSII opera per *Erasmum*
in fol.

PRVDENTIVS, Poëta, supra
sæculum suum facundus. Editio *Wei-*
tzij præcellit in 8. *Hanouia* 1613. ex of-
ficina *Wechel.*

PAVLINI opera *Paris.* & alibi
sæpius edita.

Alia huius temporis monumenta
in Biblioth. PP.

PHILO-

DE SCRIPTOR. SEC. P. C. IV. 71

PHILOSTORGII Epitomen
Historiæ Ecclesiasticæ *Gr. Lat.*, edidit
Jac. Gothofred. Geneva in 4.

Imperatoris JULIANI opera
Gr. lat., à *Dionysio Petavio* edita in 4.
Paris.

JAMBLICHI *de vita Pythagoræ*
Gr. Lat. in 4. Arcerij 1598.

HELIODORI *Æthiopica Græc.*
Lat. in 8v. ex officina *Commeliniana*
1596. Scriptor quales Romanci vo-
cantur. Potissima ars in constituendo
fabulæ argumento.

EVNAPII *Sardiani vitæ: Comme-*
lin. Gr. Lat. in 8v. necessarius liber ad
historiam philosophicam vna cum
Laërtio & Philostrato.

THEMISTII opera in *Aristote-*
lem edita sunt ab *Aldo.* *Orationes à Dio-*
nysio Petavio; *Sed earum Augustales*
cum *Commentario à Georgio Remo.*

DIOPHANTVS *Gr. Lat. Paris.*
cum *Comment. Bacheti 1621.*

HIMERII quædam ab *Henr. Ste-*
E 4 phano

72 JO. HENRICI BOECLERI

phano cum Polemone Græcè 1567.

LAMPRIDIVS, VOPISCVS,
VICTOR, EVTROPIVS, in scri-
ptoribus Historiæ Augustæ reperiun-
tur.

AMMIANVS MARCELLI-
NVS cum Commentariis *Linden-
brogij*. Alia editio *Henrici Valesii Pa-
ris. 1636.*

ARISTÆNETI *Epistola Gr. lat.*
amatoriæ. Paris.

LIBANII *Sophistæ opera Gr. Lat.*
Morelli Paris. Scriptor est doctus, *πο-
λίτικὸς*, eloquentiam in promptu ha-
bens.

NAZARII *Panegyricus*, inter
*XII. Panegyristas sæpius editus, à Ri-
galtio & Grutero.*

EVMENII *Orationes* in iisdem.
Vt & MAMERTINVS.

VEGETIVS cum Commenta-
riis *Steuvechij, Antwerp. 1505.*

THEON ALEXANDRINVS
Gr. lat. in 8v. à Dan. Heinsio editus.

C. AV.

DESCRIPTOR. SEC. P. C. IV. 73

C. AURELIUS SYMMACHUS
cum Commentar. *Jureti Paris. in 4.*

PAPPI ALEXANDRINI VI.
libros superstites latinè reddidit *Federicus Commandinus Vrbinas*, editos *Pisauri 1588.* Videantur etiam *Mersenni Cogitata Physico-Mathematica*, ubi multa excerpta.

A POLLINARIS Laodicæ in
in Syria Episcopus *paraphrasin Græcam carminicam Psalmorum* scripsit, satis celebratam, *ed. Rob. Steph. Paris. 1552. Gr. Gr. lat. Francof.* Cum hoc certavit, & omnibus modis eum vicit *Dionysius Petavius*, edita itidem *paraphrasi Græcâ metrica psalmorum Paris. 1637. in 12.*

P. OPTATIANVS PORPHY-
RIVS Panegyricum scripsit *Constantino Magno Edit. August. Vindel. in fol. 1595.* opus laboris varii & *δειπέυε*, ad carnificinam ingenii potius quàm disciplinam referendum. Mollius ludum ingenii vocaueris. *Marci Welseri* hoc est iudicium: *Carmina patientia miserrima, temeritatis penè incredibilis*

dibilis, certè, quod constet, nullius ante se exemplo &c.

JUVENCVS PRESBYTER, poëta, Euangelicam historiam complexus. In *Biblioth. PP.* & seorsum cum *Aratore* sæpius editus.

MARIUS VICTORINVS AFER, in Rhetoribus antiquis *Paris. Pitboei & Basilea.*

AVSONIVS cum *Elie Vineti & Jos. Scaligeri curis in 4t.* Ad Historiam Gallicam, imprimis Burdegalensem multa insunt. Arte non æquat antiquiores poëtas: est tamen pro captu sæculi suavis & disertus.

RUFVS FESTVS AVIENVS Poëta Geographus, *Dionysii Periegetæ* interpres sæpius editus, etiam in *The- sauro Temporum.* & à *Sigonio.*

Sæculo post Christum natum

Quinto.

AVGVSTINVS Patrum decus. Vir ingenio, variâ eruditione, eloquentiâ, pietate maximus, in ciuilibus

bus supra consuetum Theologis modum, ad singularia etiam facundus.

SOCRATES & SOZOMENVS Historici Ecclesiastici à *Rob. Stephano* cum reliquis editi *Græcè: Græc. Lat. à Christophorsono*, & nuper ab *Henrico Valesio*.

AVITI opera *Paris.* edita.

EVCHERIVS *Lugdunensis* *Basilææ* editus in fol.

JO. CASSIANVS *Paris.* in fol. & *Basil.* 1575.

MAXIMI *Episcopi Taurinens.* scripta *Romæ* edita anno 1564.

SYNESII scripta *Gr. lat.* edidit *Dionys. Petavius Paris.* in fol. disertus, historicus, pius, eruditus solutâ & ligatâ oratione.

SVELPITIVS SEVERVS *Hist. sacram* scripsit, *Sallustiani stili* imitator. Edidit *Drusius* 1607. in 8v. cum *Commentario Sigonius* in fol.

LUCIANVS *presbyter Hierosol.* apud *Liponum & Surium*.

PAVLVS

76 JO. HENRICI BOECLERI

PAVLVS OROSIVS Histori-
cus, qui scripturam suam contra gen-
tiles direxit. Editio *Mogunt.* 1615. *cum*
Notis Fabricij, Schotti &c. Sunt in eo
quædam, quæ alibi frustra quæruntur.

SEDVLII poëtæ opera *Basil.* 1528.
In hymnis bonus & grauis.

CYRILLVS ALEXANDRINVS
grauis Theologus, *Edit. Colon.* 1546.
Basil. 1566. *Paris.* 1605.

THEODORETI opera eruditi-
one exquisitâ & eloquentiâ præstant.
Editio præstantissima *Paris. IV. Tomis*
libri eius *de curatione Græcarum affecti-*
onum singulari eruditione & exquisi-
ta historia præcellunt.

PROCLI quædam *in Bibliothec.*
P.P.

EVSEBII EMESENI *Homilia*
Paris. 1575.

VINCENTII LERINENSIS
Commonitorium *in Biblioth. PP. & à*
Calixto edit.

ISIDORVS PELUSIOTA *Gr.*
lat. à Conr. Rittershus. editus. *Andreas*
Schottus

Schottus 500. amplius *epistolas ex Vazic.* addidit. Omnia coniunguntur in *Edit. Gr. lat. Paris. in fol.* Bonus est Exegeta, in explicandis S. Scripturæ locis plerumque feliciter occupatus.

PETRI CHRYSOLOGI *Homilia, Basil. & Colonia.*

LEONIS MAGNI opera *Antverpia 1583.*

NILI quædam, in *Bibliothec. Patrum, & à Salmasio ed. de primatu Papæ.*

SIMEONIS STILITÆ quædam in *Bibl. PP.*

PROSPERI AQVITANICI opera *Paris.*

ARNOBII JUNIORIS opera *Colon. 1596.*

THEODORVS PRESBYTER in *Bibl. PP.*

SALVIANVS cum Commentario *Conr. Rittershusii in 8v. 1611.* pius & grauis in practica parænetica.

SALONIUS in *Bibl. PP.*

ÆNEÆ GAZÆI *Theophrastus cum Commentar. Barthij in 4.*

CEREALIS

78 JO. HENRICI BOECLERÏ

CEREALIS *de fide in Bibliothec.
Patrum.*

VICTOR VTICENSIS *de per-
secutione, Vandalorum in Bibliot. PP.
facunda pique scriptio.*

GENNADIUS PRESBYTER,
*Massil. inter scripta Hieronymi & par-
tim Augustini.*

GELASII PAPÆ opera singil-
latim edita.

GILDA *Sapiens de excidio Britan-
nia &c. in Biblioth. PP.*

PASCHASIVS *de Spir. S. in Bibl.
Patrum.*

CÆSARIUS ARELATENSIS
in Biblioth. PP.

SYRIANVS *Gr. Aldin. edit. in fol.*

JOANNES GRAMMATICVS
PHILOPONVS *v. Interpr. Arist.*

ZOSIMVS. libri 2. *ab Henr. Steph.
Gr. lat. & V. libri à Sylburgio editi in
Historicis Gr. minorib.* scriptor nec in-
facundus, nec imprudens, Christia-
nis iniquior, qui & ipsi iniqui in i-
psum esse solent.

OLYM-

DESCRIPTOR. SEC. P. C. V. 79

OLYMPIODORI *fragmenta historica à Sylburgio edita.*

SEXTVS AVRELIVS VICTOR
Ëditio Schotti in fol.

RVTILII itinerarium à Sigonio in
fol. & cum Commentar. Barthij Francofurt. 1623. in 8v.

CLAVDIANVS poëta moralis
& politicus, facilis, grauis, eruditus.
Commentarii amplissimi in hunc ex-
tant *Casp. Barthij.* tum Notæ breues
Nicol. Heinsii D. F.

NONNI PANOPOLITÆ Dio-
*nysiaca cum Not. Petr. Cunei & Jos. Scali-
g. Hanou. 1610.*

QVINCTVS CALABER à Rho-
domanno Gr. lat. edit. Hanou.

MVSÆI poëma sæpius editum. Et-
iam in *Henr. Steph.* maiori opere.

Seculo post natum Christum
Sexto.

CÆSARII ARELATENSIS Ho-
milia in Biblioth. PP.

FVLGEN-

FVLGENTII *Episcopi Ruspensis in Afr. opera Basil. edita 1574. fol.*

ENNODII *Episc. Ticinensis opera Paris. 8v.*

PETRI DIACONI opera *Fulgentio coniuncta.*

FERRANDI DIACONI partim seorsum edita, partim *in Biblioth. PP.*

EVGIPPI ABBATIS opera *Basil. 1542. & Venetis 1543.*

MARCELLINI COMITIS *Chronicon in Thesuro Temporum Scaligeriano: & Editionibus quibusdam Casiodori adjungi solitum.*

MAXENTII opera *in Bibliothec. PP.*

AVITVS ALCIMVS *in Biblioth. PP.*

VICTOR *Episcopus Afr. in Bibl. PP.*

LEONTIVS BYZANTINVS *apud Canisium in Antiq. Lectionib.*

VICTOR CAPVANVS *in Biblioth. Patrum.*

JVSTVS

DESCRIPTOR. SEC. P. C. VI. 81

JVSTVS ORGELITANVS
in Bibl. PP.

ANASTASIUS SINAITA
Ingolstadtj 1606. & in B. PP.

ARATOR Poëta *res in Act. Apost.*
scripsit in Bibl. PP.

JVNILIVS *Episcop. Afr. in Bibl.*
Patrum.

PRIMASII *opera Paris. 1543.*

MARTINI DVMIENSIS
Collectio Canonum ex Synodis Gr. in oper.
Conciliorum. de IV. Virtutib. in Biblioth.
Patrum.

PROCOPII GAZEI *opera*
Paris. Gr. lat.

JO. CLINIACVS *in B. PP.*

DACHI s. IDACII *Episc. Me-*
diolan. Chronicon in Thesaurò Temporum
Scaligeriano.

LIBERATI *Archidiaconi Car-*
thag. Breviarium de Nestorij & Euty-
chetis causa in opere Concilior.

VENANTII FORTVNATI

F *Episc.*

JO. HENRICI BOECLERI
Episc. Pictaviensis vita Hilarij apud Su-
rium. Carmina in B. PP.

